



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Judices, Magistratus, Optimates.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

de regim. Principum c. 11. & 1. 2. 2. 105. a. 1. & 2. non agi hîc de jure vero aut justo, sed de injusto & usurpatio, quali solent uti, qui nullis legibus frænari, sed omnia pro libitu suo facere volunt. Ità Gregor. Abul. & alii. Hinc verba illa *predic eis jus Regis* sic intellige, explicæ cæco huic populo Regem poscenti ad morem aliarum nationum, quale jus ad morem aliorum Regum sibi illorum Rex usurpaturus sit, & tales Tyrannos multos habuerunt Israelitæ, quòd autem tyrannicum & usurpatitium non verò legitimum coram Deo jus habeat Rex optima quæque v. g. ex agris & vineis sibi tollendo, manifestè patet ex l. 3. Reg. c. 21. ubi Achabo ob raptam Naboth vineam eumque occisum dicit Elias v. 19. *Hec dicit Dominus, occidisti insuper & possedisti in loco hoc, in quo lincerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum.* V. plura ibid.

*Judices, Magistratus, Optimates.*

**I**ncrepavi Optimates, & Magistratus, & Potestates, & dixi eis, *usurasne singuli à fratribus vestris exigitis? non est bona res, quam facitis, quare non in timore Dei nostri ambulatis?* 2. Esdr. 5. idem est de nummis, qui sub alio pretextu accipiuntur. Quærenti cur in aliquibus terris magna sit copia Judæorum? reponbat alter, quia Principibus & iis, qui de regimine sunt, hæ gallinæ aurea protrudunt ova, & optimates majores ab iis exigere usuras, detritas



titas auro argentoque tumidas vestes caritatis iis vendere, & denuò ab iis leviori pretio novas aureas argentealque fimbrias sibi comparare possunt. Interim patrocinio Optimatum freti Hebræi artem nôrunt damnum, quod à Potentioribus patiuntur, decuplo resarciendi apud plebem aliosque. *Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. Mich. 6. Noli querere, velle, fieri Index, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates. Ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in equitate tua. Eccli 7. Omnes vos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque prout gessit sive bonum sive malum. I. Cor. 5. in L.v. ad portas urbis celebrabantur iudicia, ut opus non esset ex agro venienti, qui lite contendebat cum altero, diu per urbem vagari, aut cum damno suo expectare, antequam ei jus diceretur. Superi boni! qualis jam mora trahitur? antequam jus dicatur etiam sæpè in rebus non magni momenti aut indaginis; & antequam id, quod majoris est momenti, & per interlocutoria, instantias, revisiones, restitutiones in integrum, sententias demum definitivas pronuntiatum est, & æquum in omni forma agnitum, tandem executioni detur. Schlendiria aut inveterata praxis neminem coram Deo justificabit, quia præscribi contra jus divinum ac naturale non potest. Aliàs jam à tempore Caini præscripta essent fratricidia ac latrocinia, adeo-*



que situâ culpabili negligentia, & multo magis cooperatione accidit; quod vel uno die injiciatur mora juri dicendo aut exequendo, teneris restituere damnum inde emergens. *Diligite justitiam, qui judicatis terram.* Sap. 9. Non verificetur in vobis illud Is. 1. *Pupilli non judicant, & causa vidua non ingreditur ad illos,*

*Cives.*

**N**ON estis hospites & advena, sed cives Sæptorum, & domestici Dei superadificati super fundamentum Apostolorum ipso summo angulari lapide Christo IESU. Ephes. 5. *Qualis Rector civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Eccl. 10. *Judas per omnia corpore & animo mori pro civibus paratus erat.* 1. Machab. 15. *Bonus Consul, Cives autem ejus oderant illum.* Luc. 19. Parabolam hanc de Rege, qui redux accepto regno rebelles cives interfici jussit, Christus applicavit sibi paulò antè passionem suam, eò quod Synagogam rebellem destructurus esset. Cæterum sæpè non sine causa quis ex primariis odio est civibus.

*Rustici, Agricola.*

**Q**Uæ seminaverit homo, hæc & metet, quoniam qui seminat in carne, de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Gal. 5. *Mitte falcem tuam, & metete, quia venit hora ut metatis.*